uxoris nomine Generosae Zophiae de Bolemowsko Consortis
suae legitimae pro cuius ratihabitione cavet et se in succes:
soribus in bonis suis omnibus inscribit a Palatinatibus Terres:
Districtibus Iuribusque suis quibusvis propriis ac foro
competenti recedendo sub praesenti Castrensi Premisliensi iuris:
ditioni se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum
et effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando et subii:
ciendo sanus mente et corpore existens publice palam ac expres:
sum recognovit. Quia ipse nomine praefatae Zophiae Consor:
tis suae bona villam Sliwnica eiusque Zophiae consorti:
tis suae in summa Duorum Millium et Quingentorum florenorum pecuniae
monetae Polonicalis per Generosos Venceslaum et Martinum Sliwnickie
obligata in possessionemque ac usumfructum tradita quorum bonorum
in pacifica possessione exstat, huiusque eisdem Venceslao et
Martino Sliwnickie iam ac eorum successoribus praefata summa certa
pecuniaria iam ab eisdem manualiter levata de qua ipsos
praesentibus nomine suo dictae Consortis suae quietat liberosque ac
immunes facit et pronunciat perpetue. Sed ad festum Conversio:
nis Sancti Pauli apostoli proxime et immediate venturum arenda:
vit et in arendam locavit prout praesentibus arendat et in aren:
dam locat, dat et admittit eisdem iam exnunc Coram officio
praesenti in bona praefata arendata realem intromissionem cum actua:
li et pacifica possessione per Ministerialem Pallatinatus Russiae Generalem
quemcumque iuxta formam iuris capiendam per ipsosque Venceslaum
et Martinum Sliwnickie et eorum successores bona praefata modo
praemisso sibi arendata cum omni iure dominio et proprietate
omnibusque eorundem bonorum attinentiis et pertinentiis fructibus pen:

sionibus proventibus ac quibuslibet commoditatibus utilitatibus tenendum ha:
bendum pacifice possidendum ac pro se suo et successorum suorum
meliori et utiliori commoditate fruendum ad festum Conversionis
Sancti Pauli apostoli et non ultra. Et hic itaque Coram officio
praesenti personaliter stantes Generosi Venceslaus et Martinus Sli:
wnickie a Terrestribus Districtibus Iuribusque suis quibusvis propriis
ac foro competenti recedendo sub praesenti iurisdictioni su:
biiciendo sani mente et corpore existentes publice palam recognoverunt.
Quia bona praefata modo praemisso sibi arendata non alio mo:
re et modo tenebunt et possidebunt nisi modo vigore praesentis
arendae ad festum Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime
venturum et non ultra post expirationem vero huiusmodi tempo:
ris bona praefata omnia libere dimittent. Atque praefata Zo:
phia Thorawska inquietabit successoresque sui inquietabunt
nullamque per hoc violentiam fecit et faciet. Quod memoria:
li firmatum est.

Litenski quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis 123
constitutus personaliter stans Nobilis Michael Litenski a Terrestribus Di:
strictibus Iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti
recedendo sub praesenti Castrensi Premisliensi iurisdictioni se cum
successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum praesentis attinet
incorporando et subiiciendo sanus mente et corpore existens pu:
blice palam ac per expressum recognovit. Quia a Nobili Ale:
xandro Litenski summam Centum florenorum pecuniae monetae Polonicalis
debiti certi ipsi per eundem actis praesentibus Castrensibus Ca:

pitanealibus Premislien. inscriptis totaliter et in effectu recepit
ac manibus levavit Ratione cuius receptionis et levationis
nis summe eundem Alexandrum Litenski quietat liberumque ac
immunem cum ipsius successoribus facit et commuiat perpetue et
in eum inscriptionemque praefatam Castren. Premislien. super praefata
summam sermo cum omnibus eiusdem conditionibus praemissis
clausulis et articulis cassat annihilat mortificat oblite-
rat perpetue et in eum sibi et successoribus suis ratione
praemissorum perpetuum imponendo silentium harum serie praesenti re-
cognitione mediante. Quod utrique firmat est.

Litenski et alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
123 strensibus Capitanealibus Premislien. Nobilis Alexander Litinski
a Pallatinatibus terris districtibus iuribusque suis quibus-
vis propriis ac foro competenti recedendo huic officio praesenti Ca-
strensi Premislien. iurisdictioni se cum successoribus bonisque
suis omnibus quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis atti-
net incorporando et subiciendo sanus mente et corpore existens
publice palam ac per expressum recognovit Quia Nobili Mi-
chaeli Litinski et suis successoribus summam trecentor.
triginta florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis certi et
liquidi mutui atque essentialis debiti tenetur et est debitus
quam quidem summam se cum successoribus in et super bonis suis
omnibus inscribit et obligat sive pro die festi Conversionis Sti
Pauli apostoli proxime et immediate venturo in Castro Premi-
slien. circa acta praesentia totaliter et in effectu dare

solvere ac ponere reliquere non differendo aut quovis
modo arrestare sub vadio quod si summam praefatam pro
tempore superato non solverit successoresque sui solu-
tionem neglexerint extunc dedebit ac dabit se cum suc-
cessoribus in bonis suis omnibus inscribit eidem Michaeli
Litinski aut eius successoribus dare et libere admitte-
re realem intromissionem cum actuali ac pacifica possessione in bona
sua videlicet sex cmethones bene possessionatos quos sibi eli-
gerit in villa Krowiga in districtu Belzen consisten. du-
plicem ... quemcumque in eius forma capiet
... sub vadio trecentorum et triginta florenorum pecuniae mon.
polonicae Dataque eadem reali intromissione cum actuali et pa-
cifica possessione per ipsum Michaelem Litenski et suis suc-
cessores bona praefata omnia cum omni iure dominio et proprie-
tate omnibusque eorundem bonorum attinentiis et pertinentiis fructi-
bus censibus proventibus laboribus agrorum ... et
utilitatibus in summa trecentorum triginta florenorum pecuniae
tenendum habendum pacifice possidendum ac pro se suo et suorum
successorum meliori commodo ... ab accepta possessione
ad festum Nativitatis Domini tunc proxime venturum et inde
festum pro tunc exemptionis extunc ad aliud simile festum
et sic consequenter de anno ad annum annis se sequen-
tibus ad exemptionem et summae praefatae plenariae et omni-
modae conventionis (?) solutionem ... Debetque
ac tenetur praefatus Alexander Litenski et se cum succes-
soribus in bonis suis omnibus inscribit et obligat eundem
Michaelem Litenski et suis successores in dictis bonis